

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali**

**Hufeland, Gottlieb**

**Jenae, 1799**

**VD18 12256064**

**§. 14. 4) Consectaria.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8845**

superest, nisi instrumentum publicum. Habet igitur, cur hanc formam solum necessario induat protestatio cambialis.

## §. 14.

4) *Consectaria.*

Redundat ex omnibus hactenus expositis, omne jus, quod non nisi ope processus specialis cambialis perlequendum et obtinendum est, omneque remedium ad eundem solum restrictum, necessario desiderare protestationem cambialem, nisi alio quodam modo plene et in continentि liquide probari possit. \*)

## §. 15.

Nisi omnia ista hactenus enumerata inter se jungas, veram et justam protestationis cambialis notionem tibi non effinges. Non enim hoc praecipuum rei est, te ista jura, ad quae protestatio referenda est, absque eadem necessario et generatim perdere; sed solummodo ista facta, quae ad jurium existentiam adesse debent, justo modo in processu cambiali absque protestatione probari non posse. Sequitur inde aperte protestationem non

\*) Ex supradictis etiam appareat, cur quaedam leges provinciales (e. g. Allg. preuss. L. R. P. II. §. 1274. Alias leges, quae idem praelibunt, allegatas invenies in Io. Christoph FRANCKII institution. jur. camb. L. I. Sect. 3. tit. 9. §. 13. not.) etiam circa assignationes mercatorum protestationem requirant. Statuunt enim eadem, ex his executive agi posse, in quo processus genere omnia quoque clara et plene probata sint necesse est. In genere tamen in assignationibus protestatio non est necessaria habenda, LUDOVICI Wechselproc. c. 11. §. 65. 64. ibique citat.

